

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi.  
Millesimo Tricentesimo septimo. Regnante domino nostro  
Karolo secundo *etc.* Regnorum eius anno vicesimo se-  
cundo. Mense Augusti die nono eiusdem quinte indicio-  
nis apud Andriam. Nos Tancredus de Iudice Angelo Andrie  
Iudex Maurus puplicus eius terre notarius et testes sub-  
scripti licterati de eadem terra ad hoc specialiter vocati et  
Rogati presenti publico scripto fatemur atque testamur.  
quod Antochia mulier filia et heres quondam Rose mu-  
llieris f. qd. Iohannis de Benevento uxor palmerii de ma-  
gistro Iohannecito de Andria in nostri presencia consti-  
tuta obstentit nobis quoddam Instrumentum publicum  
factum de testamento seu ultima disposizione dicte quon-  
dam Rose matris sue et intercetera . . . . . instrumento  
facto de testamento seu ultima voluntate ipsius quondam  
Rose instituit heredem . . . . . dictam Antiochiam filiam  
suam in bonis suis exceptis in certis legatis et debitibus suis.  
Inter que legata dicta quondam Rosa legavit pro anime  
sue remedio: Iudici Thomasio. diacono Rogerio. nec non  
et Iohanni filio quondam Nicolai patris sui. Nepotibus Rose  
predicte domum unam orreatam ipsius Rose cum puteo  
in ea que domus est in vicinio illorum de corbinis (?) iuxta  
transendam vicinalem et iuxta domum que fuit abbamundi  
et iuxta domum Gualterii de ripis nec non totam et inte-  
gram partem pertinentem sibi in certis terris vineis et pal-  
mento predictis quondam palmerii viri ipsius Rose sitis in  
tenimento Andrie videlicet terre sunt in clusis novis iuxta  
viam sancti pantaleonis iuxta terras domini episcopi extra  
sepem iuxta vineam cluse nove et iuxta viam sancti leucii  
et si qui alii sunt confines et predicte vinee sunt in cluso  
vadi iuxta vineam Stephani de Gualterio et iuxta vineas  
que fuerunt Germane de donadeo et extra sepem in qua  
est predictum palmentum et iuxta viam qua itur versus  
Guaranionem et iuxta viam pasce de desiderio tali con-  
dicione adiecta. iuxta tenorem ipsius instrumenti puplici